



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XVII. Lazarus redivivus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

CAPUT XVII.

Lazarus redivivus.

- 1. Iesu Lazarum resuscitat à mortuò.
- 2. Pharisei in consilio ad ejus mortem confiant.
- 3. Secedit in civitatem Ephrem.

I.
Ioan. 10.
Ioan. 11
Lazarus
frater
Marthæ
& Mariæ
infirmatur.

Sorores
id signifi-
cant Do-
mino.

Judæi nō
poterant
occidere
Dominū,
nisi id ip-
se per-
mitteret.
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

ET abiit Iesus trans Iordanem, in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primum, & mansit ibi. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus. (Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazarus infirmabatur.) Miserunt ergo sorores ejus ad eum, dicentes: Domine, ecce, quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis. Infirmetas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem ejus Mariam & Lazarum. Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Judæam iterum. Dicunt ei Discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dor-

mit, salvus erit. Dixerat autem Iesus de morte ejus: illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem (Erat autem Bethania juxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim.) Multi autem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audivit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat: Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Uti que Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. Et cum hæc dixisset, abiit, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.

Lazarus
mortem
absens
vidit
Christus

Venisse
sui Be-
thaniam
ad sore-
res.

Iesu col-
loquium
cum Mar-
thæ de re-
surrectione.

Martham
credidit Ie-
sum esse
Messiam
Filiū Dei:
Accersit
sororem
Mariam.

SPITO-
RE VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

Illam ut audivit, surgit citò, & venit ad eum: nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo, cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum, & dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror ejus, qui mortuus fuerat: Domine, jam factet, quatruiduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem: Iesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui cir-

Collaery-
marus le-
sus.

Iesus so-
la voce
suscitat
Lazarum
à mor-
tuis.

cumstat, dixit: ut credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Solvite eum, & finite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisei concilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credunt in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit quòd Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.

Iesus ergo abiit in regionem iuxta desertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosoly-

Multi
credunt
in eum.

2.
Pharisei
in concilio
decernunt
mori
Iesum
Christum.

Caiphas
prophetas
et ait
pro populo
mori
debet.

3.
Secedit
Iesus.
Quaritur
à Iudæis
in Pascha
et c.

EPITOMAE VERTAE CHRISTI ANN. XXXIV.

Et Pontificibus ut comprehenderetur.

Ierusalem de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos. Querebant ergo Iesum, & colloquebantur ad invicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

CAPUT XVIII.

Benignitas Christi erga peccatores.

1. Iesum rursus mortem suam discipulis prae-dicit.
2. Sanat caecum antequam ingrediatur Iericho.
3. A Zachaeo publicano suscipitur.
4. Egressus à Iericho, duobus caecis visum restituit.
5. Sumit carnam in Bethania, ubi Maria eum alabaastro unguenti effuso ungit.

1. Rursus prae-dicit discipulis mortem suam. Matth. 20.

2. Dum appropinquat Iericho, caecum sanat. Luc. 18.

3. edidit. u. arisat. udas. asibit.

Et ascendens Iesus Ierusalem, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Ierusalem, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, caecus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam praeterentem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum ut taceret. Ipse verò multò magis clamabat: Fili David miserere mei. Stans autem

Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachaeus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives; & querebat videre Iesum, quis esset: & non poterat praeter turba, quia staturâ pusillus erat. Et praecurrens, ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachae, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abraham. Venit enim Filius hominis querere & salvum facere, quod perierat.

3. Zachaeus Christus est sycomoro propinquit. Luc. 19.

Inde vocat eum Christus.

Zachaei restitutio quadrupla.

Salvum declaras Dominum.

Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa:

4. Duo eam.